



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Martyres Nagrani. 24. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

tu terre- dem gra- aut prof- tis timi-
se conspicuus indicarunt. Atque hæc MACA-
rus ipse tribus aliis eremi incolis, nos verò Ma-
rianis ideò hodie narramus, ut sciant securius
castitatem binis leonibus cohabitare, quàm uni
feminae. Ex Menais.

CONF.
nuptialit
hæc le co-
portavit.
& ponē
at. Hanc
ensâ alit
collo in-
arridenti
terferas,
ulierum
MACA-
rico cal-
te. Audite
s obrura-
omni si-
claudē
Superos
is, qui
hato ho-
mas MA-
oque se
il. Ergo
lies jeju-
um leo-
sa, tum
Christus
ipse

SS. MARTYRES NAGRANI.

24. Octobris.

Non jam singulos Martyres producere in
arenam, & cum tyrannis componere, sed
producere in campum plenam aciem iuvat, & to-
tam pro Christo pugnaturam urbem Nagraniam
circumare. Cave tamen cum in exercitu nostro sacros
pueros, senes, matronas, pueros, & aded puellas
indies, apparatus nostrum riferis. Videbis majores
corponibus suis animos, & viros sub stolâ,
etiamque in senibus iuventam, in sacerdotibus
fortitudinem. Ecce enim Arethas (urbi præfectus
fuit) xcv. annorum senex canos pulchros sanguine
pingit, lauro ornat: potuitne quidquam glo-
riosis ab hac ætate fieri? Ruunt cum hoc in mor-
tem eandem socii ccc. xl. an præeuntem ducem
non rectè secuti milites? Sacerdotes sacrorumque
ministri omnes uno igne cremantur; an pulchrius
poterant sacrificare? Puella xli. annorū in faciem
Dunaanii tyranni sputo pugnat, eadem cum ferore
ferro jugulum dare non abhorret; an non fortiter
pugnaque? Vtriusque sanguinem mater ore suo li-
bat, mox suum miscet; an non viriliter fecit mu-
lier?

lier? Sed hem in quinquenni puero Herculeus
Oeteum. Supplicat hic pro matre ad ignes dam-
natâ; sed ubi ad perfidiam invitari se videt, à rege
non jam matris solùm, sed suam etiam mortem
orat, & lacrymis perorat, & blanditiis savientem
morsu provocat tyrannum. Nihilominus servan-
dus custodiam fallit, & ad matris sinum per ignis
cum illâ ex ignibus ad cælum volat. Ecce Roma
vetus, quæ ab omnibus sæculis exempla fortitudi-
nis in omni sexu non mendicabis, omnia specta-
da uno die dedit virtus Christiana. Ex *Metaph.*

*Quid Dei benignitati pro omnibus ejus mun-
eribus rependemus! Nam si mille annos in terrâ vi-
veremus, ne pro uno quidem colabho, nedum pro
morte, quâ pro nobis foedissimâ fuit affectus, illi
umquam ullo modo posset à nobis satisfieri. S.
Ephrem in Confess. peccat,*

S. MARCIUS CONF. 24. Octobris.

ORbi Romano Iustino juniore imperante, re-
ctius sibi MARCIUS imperavit. Aula illi spe-
lunca non procul Caleno in Campania, quanto
angustior tantò angustior fuit; pincerna verò pe-
tra, quæ aquæ tantum, quantum sat erat, quot-
diebus fida ministravit. Doluit dæmon malus, &
veterem serpentis larvam indutus, sive oranti, sive
coenanti, sive quidquid demùm aliud agenti accu-
bare perstitit. Ille orcum vicissim ludos faciens,
nunc pedem, nunc manum ultrò ori ita ingessit, ut
tamen dentem malum figere hic minime aude-
ret; sed post triennium victum se falsus per alte-
rum montis latus in præceps abiret, ambustis cir-
cum circa omnibus, quâolvebatur, arbutis. Sed
ecce tibi pugnam, quâ dæmon ceciderat, proflig-
ata frontis femina parat resistere. Quis credat &
pericu-